



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Novæ Observationes Et Additiones Ad A. R. P. D. Bartholomæi Gavanti Congreg. Cleric. Regul. S. Pauli ac Sac. Rit. Congregat. Consultoris Commentaria In Rubricas Missalis Et Breviarii Romani

Adjectis Summorum Pontificum & Sac. Rit. Congreg. Decretis usque ad
præsens emanatis

Complectens I. & II. Partem Commentariorum Gavanti in Rubricas Missalis
- Cum Præfatione seu Præmonitione necessaria Bibliopolæ ad Lectorem

Merati, Gaetano Maria

Augustæ Vindellicorum, 1740

VD18 10783695-002

Facultas Reverendissimi Patris Præpositi Generalis Ordinis Clericorum
Regularium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40113

Approbatio Theologorum.

NOvas Observaciones, & Additiones ad Commentaria Adm. Rev. Patris D. Bartholomæi Gavanti Cong. Clericorum Regularium S. Pauli in Rubricas Missalis, & Breviarii Romani à P. D. Cajetano Maria Merati Congregationis nostræ Theologo, & Sacræ Cong. Rituum Consultore, summo studio, & labore elucubratas, non exigua animi voluptate pervolvimus: nil sane Catholicæ veritati, aut bonis moribus dissonum, nil quod Sacris Cæremoniis, Sacrisque Ritibus recentibus, aut antiquis adverletur, offendimus; plurimum autem, quod Ecclesiæ Ministris in suis muneribus rite, ac laudabiliter obeundis prodesse possit. Tanto igitur operi, omnigena eruditione referto, Decretorumque antehac à S. R. C. editorum accessione uberrima locupletato, deesse tantum putamus publicam lucem, quâ profectò dignum censuimus. Ita nos, de relatis Additionibus, apprimè Auctori suo consentaneis, sentiendum duximus, à Rmo P. nostro Præposito Generali Censores delegati. Romæ ex Actibus Divi Andreæ de Valle die 10. Mensis Septembris. 1735.

*D. Franciscus Maria Serfalis C. R. Sacrorum Canonum Lector,
& S. C. Indulgentiarum, ac S. Reliquiarum Consultor.*

D. Franciscus Mazzetti C. R. Sacræ Theologiæ Lector.

Facultas Reverendissimi Patris Præpositi Generalis Ordinis Clericorum Regularium.

HOc opus, nimirum *Novas Observaciones, & Additiones, &c.* factas à P. D. Cajetano Maria Merati nostræ Congregationis Theologo, Commentariis Adm. Reverendi P. D. Bartholomæi Gavanti Cong. Cler. Reg. S. Pauli in Rubricas Missalis, & Breviarii Romani, à Patribus, quibus commisimus, approbatas, typis mandari posse, quoad nos spectat, facultatem concedimus. In quorum fidem præsentem literas manu propria subscripsimus, & solito nostro sigillo firmavimus, Romæ die 21. Sept. 1735.

D. Nicolaus Antinori Præpositus Generalis Cleric. Reg.

Loco † Sigilli.

D. Joannes Franciscus Cagnola C. R. Secretarius.

IMPRI-